

presentes coeundo, convivendo conversandoque fit, inter absentes autem alterum alteri scribendo et fidelibus litteris colloquendo. inter hec igitur officia primum pro tempore vacuum nobis est. neque enim tu meo, qui plenus es rerum et glorie, beneficio in-
 5 diges; neque ego nunc tuo, qui quantum michi sat est habeo ha-
beoque quantum quietum me et contentum efficit. si tamen; ne
res tuas^(a) repelliri credas; necessitas urgeret, viam ad liberalitatis
tue presidia notam habeo. reliquum itaque amicitie officium prose-
quendum est suumque ei non^(b) indebito morem dandum. coram
10 confabulari et voce dicere utriusque absentia prohibet: quod non
scribam, non colloquamur absentes, nulla poterit prohibere di-
stantia. primum autem michi dicendum; quo plurimum pluri-
mumque delector; est, quod possum vere dicere, quanticunque tu
amicitiam meam facias, Peregrini benivolus et, si virtus mea pa-
15 tiatur, amicus sum. magna siquidem voluptas est michi et singu-
lare donum, cum in alicuius clari viri quanvis fortassis immeritus
benvolentiam acceptor, nulloque alio argumento de me michi bo-
nam spem facio quam quod ab his iudiciis hominum laudatum di-
lectumque me scio. inter precipuos autem huiusmodi viros tu unus
20 es quem iudicem, amatorem correctoremque rerum mearum esse
volo. animum tibi do, claustra resera, scrutare affectus effugia^(c),
ingere, corrige. componatur ut iubes, « artificemque tuo », ut est
apud Persium, « ducat sub pollice vultum »⁽¹⁾. insuper, ne quid
de particularibus conditionibus meis te lateat, sum Padue, sanus,
25 studiis meis intentus, eodem semper tenore fortune, sed maiore
continue^(d) et liberiore animo, dum bonorum doctorumque virorum
monitis et exemplis adiutus in virtute cresco et me quotidie maior
meliorque fio. tu conspicuum et livori patentem apud tuos locum
habes, ubi quantum claritatis, tantum laboris et oneris nactus es.
30 sed sic, ut integre nosti, faciendum est. nulla invidia, nullus labor
nullumque denique pondus est pro republica recusandum. oblo-
quatur invidia, instent labores, gravent pondera: semper patria manu
et consilio adiuvanda est. non minimum autem, ut vides, illius

Or di questi il pri-
mo non può aver
luogo fra loro due,

e quindi rimane di
soddisfare al se-
condo, riparando
all'assenza col
commercio episto-
late.

Esser amico di
Pellegrino è per
lui motivo di som-
ma gioia.

giacchè nient'è cosa
lo incoraggia più
che il sapersi stimato
da nomini
egregi.

A lui palesa l'a-
nimo suo; Pelle-
grino lo scruti e
corregga.

Gli dà buone no-
tizie del proprio
stato a Padova;

e lo conforta a dar
tutto se stesso in
pro del comune Bo-
lognese,

che è tutto rivolto

(a) *B nec res tuas* (b) *P suumque si non* (c) *Codd. scrutare, affectus, effuga*
Il Sabbadini corr. come sopra. (d) *P maiore continuo et*

(1) A. PERS. *Satyr.* V, 40.